



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

## CARTA DEL PAPA

«A Mons. el Cardenal Parochi, presidente de la Comisión de Arqueología Sagrada.

SEÑOR CARDENAL:

Entre las muchas razones que hicieron extremadamente grave á todos los hombres estudiosos de las antigüedades sagradas la muerte del eminente arqueólogo Juan Bautista de Rossi, no fué ciertamente la menor la no terminación de su obra tan apreciada, la *Roma sotterranea*.

Esta obra, comenzada y continuada bajo los auspicios y gracias á la munificencia de nuestro predecesor Pío IX, de feliz memoria, fué objeto de universal admiración, tanto por la luz que daba á la historia de las antigüedades cristianas, como por los nuevos argumentos con que confirmaba los dogmas y la tradición católica.

Para Nos, que no hemos prodigado menos que Nuestro predecesor la protección pontifical á De Rossi, y sabido apreciar sus méritos, hemos lamentado, más que nadie, la interrupción de sus doctas investigaciones. Ha sido siempre Nuestro ardiente deseo de que se continuase, como esperan todos los eruditos, ese trabajo tan útil en la historia.

Y queriendo ahora satisfacer ese común deseo, Nos nos dirigimos á vos, señor Cardenal, en calidad de presidente de la Comisión de Arqueología sagrada, y, por vuestra mediación, á la Comisión misma, confiándola esta difícil y honrosa empresa.

Lo hacemos así, con tanto más gusto cuanto que Nos sabemos que no faltan, entre los miembros de la Comisión individuos que se han formado en los estudios de Arqueología cristiana, bajo la dirección de De Rossi, y que de él han aprendido con los métodos de investigación la profundidad de miras, siempre unida al espíritu íntimamente religioso.

Nos tenemos confianza de que la Comisión, orgullosa del mandato con que la honramos, sabrá responder á nuestros deseos, en la seguridad de que no la faltará nuestro favor.

Y en esta confianza, señor Cardenal, os concedemos de todo corazón la bendición apostólica.

En el Vaticano, á 31 de Diciembre de 1895.

LEÓN XIII, PAPA »

---

Quaestiones liturgico-morales in Februarii  
collationibus solvendae.

---

1.<sup>a</sup>

Quomodo Missalis rubricae obligent.—An eamdem obligandi vim habeant rubricae quae disponunt circa ea quae ante vel post Missam agenda sunt, ac quae res intra Missam servandas disponunt — An orationes quae pro praeparatione ad Missam vel gratiarum actione in missali habentur, *sub levi saltem* sint dicendae.—An preces in induendis vestibus et lotione manuum dicendae, pro praeceptis haberri debeant.—An Missam celebrandam precedere debeat recitatio divini officii Matutini cum Laudibus, idque tam in choro quam extra chorūm.

*Casus.*

Fulgentius Ecclesiae N. Canonicus, apud ejusdem Ecclesiae Poenitentiarium se accusavit quod frequenter Missam conventualem sine Matutini recitatione celebraverit: quoniam Fulgentius choro addictus et in choro rubricam violavit, grave peccatum commisso, Poenitentiarius judicavit, gravemque poenitentiam injunxit quam suscipere nolens Fulgentius, sine absolutione est dimissus. Statim post Fulgentium, accesit Servandus parochus, dicens se quotidie celebrare quin Matutini recitatio praecedat: tum Poenitentiarius quoniam iterum atque iterum sic Servandum confitentem audierat dixit: sunt auctores quos inter D. Antoninus et Benedictus XIV qui putant eum qui sine causa semper ante officium nocturnum persolutum celebrat, quasi ex contemptu agere, atque mortaliter peccare; quapropter vel serio promittis te emendatum iri, vel absolutione indignus es judicandus: emendationem promisit Servandus, sed sine animo adimplendi et in posterum nunquam ejusmodi defectum in confessione manifestavit. Quid de Poenitentiarii agendi ratione? Bene se gesit parochus fide promittendo et postea silendo? Sustineri potest Bened. XIV opinio?

2.<sup>a</sup>

Quaenam ad Missae celebrationem requirantur. — Quid altare et quotplex. — Quibus instrui debet et quae sub gravi et quae sub levi necessaria sint. — Celebrare sine ullo cereo, adhibito tamen lumine ex alia materia, vel in altari triplici mappa non cooperio, et si triplici, non benedicta, vel sine missali, gravem defectum constituunt? Quae ad ornatum Sacerdotis requiruntur et ex qua materia confecta esse debent? Existere potest necessitas in qua sine ulla veste sacra celebrare liceat? Color paramentorum praecipitum grave constituit?

*Casus.*

Leander Sacerdos subditus, Superiorem frequenter admonuit ut paramenta et sacra vasa Missae celebrationi inservient, mundanda curaret, quin aliquid proficerit; quare dubius et anxius est an licite ibi celebret, imo si ad aliam se transfert ecclesiam, quod facit quando necessitas confessiones audiendi

urget, ex eo scrupuli augentur quod ibi pro Missa adhibeantur candelae quae non nisi in quinta vel sexta parte ex cera sunt et albae quae ex lino in parte superiore et manicis; sed ex Gossypio in tota reliqua et multo majore parte, qua de causa aliquando à celebratione abstinuit; unde pro conscientiae solatio scire desiderat: 1.º Quan longam utensilia valde immunda dicenda sint ita ut grave sit cum illis celebrare. 2.º An post admonitionem sibi liceat in propria ecclesia cum immundis paramentis celebrare. 3.º Et quatenus negative, quis gravius peccet, Superior qui Sacristiae praeest, vel ipse qui celebrat. 4.º An cum praedictis candelis et albis liceat celebrare. An quia earum rerum cura sibi non incumbit, semper possit celebrare, quin aliquid de paramentorum statu et qualitate curet, vel potius celebrationem omittere debeat prout de facto aliquando omisit. Quid respondendum?

3.

Quid sit Missa votiva et quando dici possit.—An sub gravi Missa officio diei respondere debeat.—Quomodo se gerere debet Sacerdos Missam sive solemnem, sive privatam in *aliena ecclesia* celebrans.—Si celebrans officium habet de «Beato,» potest illius Missam in *aliena ecclesia* dicere? Quando dicitur Missa non officio celebrantis, sed Ecclesiae in qua celebratur conformis, sumi debet ex missali illius ecclesiae, vel ex missali Romano?—In hoc casu fieri debet commemoratio illius Sancti de quo officium divinum recitatum est?—Qui in aliena dioecesi, sive juxta proprium, sive juxta alienum calendarium celebrat dicere debet orationes ibi imperatas?

*Casus.*

Gregorius Legionensis dioecesis Sacerdos, a dioecesis Palentinae parocho qui ob ecclesiae parochialis angustiam binandi facultatem habebat vocatur ut in ejus absentia Missas die Dominica celebraret: praecedenti sabbato in domum parochi se contulit Gregorius et quia eumdem colorem in utroque calendario notatum invenit, cogitavit primam Missam de Sancto de quo officium recitaverat celebrare, et secundam quae stricte

parochialis erat, de Sancto in Palentino calendario notato: at dum S. Sanguinem in prima sumere paratur, muscam in calice videt quam una cum Sanguine deglutivit et jejunium fractum existimans, populi admonitione praemissa, secundam celebrare omisit. Veniens postea parochus reique certior factus ait: *¶jam haec a te sperabam! Omnia male gesisti; peccasti Missas modo dicto intendens celebrare; quia sicut duae propositiones contradictoriae non possunt esse verae, sic necessario in una celebratione errare debebas: peccasti muscam sumendo, quam extrahere oportuisset: peccasti judicando jejunium laesum: et quamvis laesum fuisse, peccasti omittendo celebrationem.* *¶Quid de hac parochi admonitione?*

4.<sup>a</sup>

Licet sine ministro vel cum ministro qui respondere nesciat celebrare? In magna necessitate permitti potest feminam ministrare ad altare? Licet capite cooperto vel cum capillis ficticiis totam Missam vel aliquam ejus partem peragere? Licet aliquid in Missa ex mente inducendi novum ritum addere, vel etiam ex devotione collectam, vel quandoque oratiunculam jaculatoriam? Licet aliquid ex his quae rubricae praescribunt omittere? Quae omissiones grave peccatum constituunt, quae vero non? Alta voce recitare quae secreto dicenda sunt, et e contra, grave delictum est? Missam abrumpere semper illicitum, est semperque grave peccatum?

*Casus.*

Ludovicus Sacerdos, Missam de more usque ad offertorium prosecutus, dum hostiae oblationem facere intenderet, ejus defectum notavit et a ministro admonetur, necessario expectandum esse Sacristam qui ad aliam parochiam, eam postulandi causa, se contulit: haec autem audiens Sacerdos, propter Sacristae incuriam maxime iratus, plicat corporale et ad Sacristiam rediit sine animo Sacrificium prosequendi: dum sacra vestimenta deponeret, audit Petrum subito gravi morbo correptum fuisse; quare eum visitavit et excepta ejus confessione sacramentali, iterum sacra paramenta resumit, et Viatici conficiendi causa Sacrificium ab hostiae oblatione incipiens, pro-

secutus est. A Sacrificio suspensione usque ad prosecutionem una hora elapsa erat. Licet egit Ludovicus propter expositam causam Missam abrumpendo? Et quatenus negative, graviter vel leviter deliquit? Licet ab offertorio Missam prosecutus est, vel debuit de novo Missam incipere?

## E. S. CONGREGATIONE RITUUM

### I.

#### DECRETUM URBIS ET ORBIS

*Quilibet Sacerdos tam saecularis quam Regularis semper Missam celebrare debet iuxta Calendarium Ecclesiae cuiuscumque, in quam celebraturus advenit.*

Quod Benedictus XIV diserte docet (*Op. de Beat. et Can. Lib. IV. part. II. C. II. n. 5.*), Missas nempe in honorem Beatorum, vel etiam Sanctorum nonnullis Ordinibus Regularibus ex indulto concessas, ab aliis Presbyteris sive Saecularibus, sive Regularibus, celebrari non posse; Sacrorum Rituum Congregatio iam pridem declaraverat, ac postea quampluribus particularibus seu generalibus Decretis retinuit confirmavitque.

Cum nihilominus, eodem Benedicto XIV fatente, incongruum videretur, ut exteri Sacerdotes ad Regularium Ecclesiis, die pro festo statuta, confluentes, aliam celebrarent Missam ab illa, iisdem Regularibus concessa; hinc factum est, ut Summi Pontifices, in ipso Beatificationis Brevi, Indultum pro Regularibus datum, ad omnes et singulos Sacerdotes in praefatis Ecclesiis celebrantes extenderet.

Id autem progressu temporis consultius ac prope necessarium iudicatum est, cum novae pluresque Missae, iisdem Regularibus, seu etiam permultis particularibus Ecclesiis quum Sanctorum, tum Beatorum indultae sint; ne videlicet, latae super celebratione Missarum leges, aut confusionem aut facilem transgressionem paterentur; nisi et forte earumdem observantia fere impossibilis fieret.

Quae quidem omnia cum pluries, ac praesertim, in una *Romana Dubiorum*, in conventu habito die 23 Augusti 1890, perpensa fuissent; Sacra Rituum Congregatio, dilata resolutio-ne, decrevit, ut ad omnem difficultatem penitus amputandam, certae normae hac in re universis Sacerdotibus in singulis casi-bus constituerentur, Idcirco in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum subsignata die, habitis, hanc generalem regulam ab omnibus servandam constituit:

Omnes et singuli Sacerdotes, tam Saeculares quam Regu-lares, ad Ecclesiam confluentes, vel ad Oratorium publicum, Missas quum Sanctorum tum Beatorum, etsi Regularium pro-prias, omnino celebrent Officio eiusdem Ecclesiae vel Oratorii conformes, sive illae in Romano, sive in Regularium Missali contineantur; exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum propriis.

Si vero in dicta Ecclesia, vel Oratorio, Officium ritus duplii inferioris agatur, unicuique ex Celebrantibus liberum sit Missam de requie peragere, vel votivam, vel etiam de ocur-renti feria; iis tamen exceptis diebus, in quibus praefatas Mis-sas Rubricae Missalis Romani, vel S. R. C. Decreta prohibent.  
Die 9 Julii 1895.

Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Do-mino nostro LEONI PAPAE XIII per me supscriptum Secreta-rium relatione. Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacrae Con-gregationis ratam habuit et confirmavit; Rescripta seu Decreta, tum particularia tum etiam generalia, in contrarium facientia, suprema auctoritate sua penitus abrogando. Die 9 mensis De-cembris eodem anno.

CAIETANUS Card. ALOISI-MASSELLA S. R. C. Praef.

L. ☧ S.

ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. *Secretarius.*



*SUSCRIPCIÓN abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.*

	<i>Rs. Cs.</i>
<i>Suma anterior.....</i>	<b>5381 ▪</b>
D. Francisco Notario, Párroco de Cerecinos de Campos.....	20 ▪
El Párroco y feligreses de Javares.....	40 ▪
El Párroco de Cabreros del Rio.....	9 ▪
Limosnas del mismo pueblo.....	21 ▪
El Párroco de la de San Pedro de Villalobos.....	20 ▪
El Párroco de Orzonaga.....	28 ▪
D. Luis González.....	20 ▪
» Santos Castañeda.....	20 ▪
» Manuel Toledo.....	10 ▪
Un devoto de Villacé, por Diciembre.....	20 ▪
El Párroco de Castilfalé.....	20 ▪
El Párroco de San Justo de los Oteros.....	20 ▪
D. <sup>a</sup> Carmen Rubio, sirvienta.....	4 ▪
D. Juan Balanzátegui.....	40 ▪
El Párroco de Valdevimbre.....	20 ▪
D. Juan Miner.....	4 ▪
El Párroco de Navatejera.....	10 ▪
D. Francisco Robles.....	20 ▪
El Párroco de San Miguel de Montañán.....	20 ▪
El Párroco de Santa Olaja de Eslonza.....	12 ▪
El Párroco de Villabalter.....	21 ▪
D. <sup>a</sup> Rosenda Alaez.....	5 ▪
» Paula Blanco.....	3 ▪
Sra. Abadesa del Convento de Religiosas de Gradeles.....	40 ▪
El Párroco de Velilla de Tarilonte.....	40 ▪
El Párroco y algunos feligreses de Santibáñez de la Peña.....	40 ▪
El Párroco de Valverde de la Sierra.....	20 ▪
Los Párrocos y algunos feligreses de Cea.....	60 ▪
D. Gregorio Diez, Beneficiado de la S. I. Catedral.....	40 ▪
El Ecónomo y algunos feligreses de Cabanillas.....	5 30
<i>Suma.....</i>	<b>6033 30</b>